



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **De Vita Et Rebus Gestis Christophori Bernardi Episcopi Et Principis Monasteriensis Decas**

**Alpen, Johann von**

**Coesfeldiae, 1694**

11. Huxarium visitat. Ecclesiam Catholicis attribuit. Reducit Franciscanos.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68495](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68495)

1662.

10.  
Cum vi-  
cinis  
Princi-  
pibus  
agit.

Ingemi-  
scens  
ruinis.

Multa  
restau-  
rat.

11.  
Huxa-  
riam vi-  
sitat.

Dum isthic moratur *Christophorus Bernar-  
dus*, quanquam more Principum Germano-  
rum cum *Augusto Guelfobutano-Brunsvicensi*  
Duce, ejusque filiis Principibus, ultrò citro-  
que, nunc epulatum, nunc venatum est, haud  
tamen ideò prætermisit ea exequi, quæ non  
muneris imposuerat obligatio. Quoties in-  
gemuit ruinosæ, si non dirutæ ædi, & obsole-  
tis passim sacris! *Kemnadensem* & *Groningen-  
sem* Præposituras, post ampla terrarum spatia  
à Principibus vicinis possideri! *Monasterium*  
*Hervordienste*, *Schackenso*, *Verbense*, *Vibercen-  
se*, quæ *Corbeiensium* Antistitum curæ, magis  
rum pietas crediderat, è religiosis primùm  
Asceteriis in liberarum Collegia Canonica-  
rum, an incuriâ Prædecessorum, malè trans-  
formata, repudiato nunc non ordine solum  
sed & religione, ad alios transiisse! Intra  
eam moræ arctitudinem multa in æde, in  
Monasterio restaurat; novam Basilicæ stru-  
cturam designat; Abbatiali potestate incul-  
cat regularis observantiam disciplinæ; Ordi-  
natoque sacro ac Civili Magistratu redire  
Monasterium festinat.

Quo die sub una celebritate Cœlites omnes  
Ecclesia veneratur, *Huxariam* intrat, comita-  
tulongo & Prætorianorum cohorte sèpatus,  
consultò templa visit; ita tametsi suis Evan-  
gelisti

gelici sacris in iis operentur, Principem, ait, addecere, cujus uti regio, ita & Evangelicorum sensu, Religio sit. Eâ sic autoritate lacera hîc tecta, perforatas alibi fenestras reparari jubet, ac monet seriò præsentibus Consules, Ædilesq;ur, ut facta tecta conservent. Ædem â Divo *Nicolao* appellatam postremùm *Eccle-* subit, eâque inspectâ, quandonam, inquit, *siam Ca-* frequentetur. Extra dies, respondent, *tholicis* postolis dicatos ejus usum non esse. *attribuit* *Oppor-* *tuniùs* ergò, inquit Princeps, *serviet usui Ca-* *tholicorum, qui ex aula & ministris meis Civi-* *tatem habitant; tam enim incongruum censerè* hanc otiosam esse, quam sacrorum illos commoditate defraudari. Sacerdos interim aram parat, & sacrificio Princeps, ceterique religiosè interfunt. Peractâ re divinâ, ædisque ac sacrorum curâ, Patribus *Franciscanis* commendatâ, Monasterium revertit. Hi ex ordine Minorum, quos *Conventuales* dicunt, ab *Huxariensibus* olim ejecti, hucusque exulâ- *Reducit* rant, donec *Christophorus Bernardus*, ære suo *Francis-* conductâ etiam, traditâque jam domo, *canos.* rata tam diu reductionis hac viâ poneret fundamentum.

Causa verò maturati reditûs fuit, quod 12. *Maximilianus Henricus Coloniensis Octovir, Electo-* qui post lustratum Belgium, Bremam, Ham- *rem Co-* burgum per id temporis *Hildesij* morabatur, *lonien-* jamque Coloniâ revisurus, Monasterium *sem.* cogitaret. Ut igitur hunc ceu Archi-Præ-  
fulem